



57

CHRISTIANI FRIDERICI JANI

J. U. D.

Dissertatio Juridica

De

ANATOCISMO.

In qua simul

incidenter

aliæ Juris Materiæ

utpote

(5½)

De Pecunia Pupillari, fictione brevis manus, solutione ejusq; speciebus, novatione, delegatione, interesse, dote & ejus augmento, attinguntur.



He

5042

SLESVIGÆ excudebat JOHANNES HOLVVEIN.

An. cīc lxxiii.



C. B. D.

Ux de Justitia Macrobius in somno
Sc. magnificè deprædicat, ea, non abs re, de
ipsâ Jurisprudentiâ dici possunt, quod sc.
bonum commune defendat, ignorantes
sublevet, culpatos corrigat, virtutis cultores honore affi-
ciat multiplici, &c. pauperes soveat, avaros coërceat; &
si quas alias ejus recenset laudes. Certè enim primarius
Legum latorum fuit scopus, restitare malevolorum ho-
minum vasritiem, ætati lubricæ, ingeniisq; hominum mi-
nus circumspetis subvenire, & pauperum & decepto-
rum infessus patrocinium.

II. Non n. aliam ab causam concessæ mulieri Vellejani,
Filiosam, Macedoniani Scti beneficium: hinc ob dolum
etiam & metum, etatemq; minus proiectam concessa re-
stitutio; & quæ sunt alia rusticitatis, agriculturæ, pauper-
tatisq; privilegia. Hinc alimentorum favor, hinc piarum
causarum, hinc religionis. Hinc etiam debitorum, fatali
casu, vel belli etiam calamitate extenuatorum, jura singu-
laria, favore non exiguo lapsas facultates restituentia:

III. Quanquam n. contractuum ea sit necessitas, ut iis ca-
tere humana societas, absq; ingenti publicæ rei dispendio,
non posset; fieri tamen potest, ut quæ in emolumentum
commune sint ad inventa, civitati nocendo uni cōtrahen-
tium, tale afferant damnum, quale privata alterius con-
trahentium utilitas resarciet nunquam. Mutui necessita-
tem omnia Jura agnoscunt, si creditoris benevolentiam

A 2

I prudentia
misericordia pa-
trocinium
preferas

Quod varie
probari po-
test per re-
strictionem
contra-
rium.

Possunt n.
nonnunquā
alii esse de-
trimente.

debitor gratus sterilem esse non sinat, cum avaritia ejusdem ea rebus publicis intulerit damna, ut freno opus habuerit usuraria pravitas non uno, verum pluribus, nisi persundare res privatorum, & intervertere statum plurimorum vellent imperantes.

*Exceditur
modus usu-
rarum tri-
pliciter.*

*Vltimu*s* bu-
jus tractati-
onis scopus.*

*Oropela-
lozia ana-
tociam.*

*Vocabulum
ipsum gene-
rale; hic
specialiter
sumitur.*

Et definitar

*Usuræ legi-
timæ Natu-
rali Divino
& Civili
Iure per-
missæ.*

IV. Cumq; legitimus usurarum modus plerumq; tripliciter excedatur; vel quantitate, petendo sc. plus; vel duratione temporis, ultra alterum tantum; vel deniq; extensione; quando ab ipsis usuris, tardius exsolutis, aliae pertuntur usuræ: de hâc ultimâ excessione paucula notare animus est. Ipsam nominis notationem paucissimis attingens. Exprimitur sc. græco vocabulo ἀνατομηθεῖς, ad hujus usurarum generis naturam depingendam, per quam idoneo, & à Cicerone ipso in epistolis bis usurpato lib. 5. ad Att. ep. ult. Et notat Dn. Zepperus, Disc. Jur. tit. 9, n. 4. ex Div. Ambros. Græcos usuras τόκοι appellasse, quod partus dolores animæ debitoris excitare videantur. Quanquam potius ideo τόκοι fuerint appellatae usuræ, quod à forte pariantur quasi, & ejus sint fructus haud secus ac partus ventris; de quo infra uberior. Vocabuli verò Anatocismi literalem si inspicias significationem, omnes omnino usurarum etiam sorti non applicatarum denotat usuras: hic tamen eam tantum speciem; quando junguntur sorti usuræ; quam ita definire placuit:

Est usura, quæ adjectione usurarum nondum solutarum, ad sortem principalem, à debitore, ab usuris, & sorte simul exigitur.

V. Usuras quidem, legitimo modo & tempore, à personis, ex pecunia nostra emolumenntum haurientibus, accipere & exigere; neq; naturale aut divinum jus nefas; neq; civile injustum esse dixit. At verò injustâ quantitate,

debi-

5

debitori, inopiā presso, improbum extorquere scenus; illegitima
damnatum omni lege; improbatum etiam nonnunquam ^{omni iure} Barbarorum consuetudinibus reperies. Cumq; Roma-
norum Legumlatores non uno in loco naturam rerum
suis prohibitionibus fuerint imitati, ut §. 4. de Adopt. §. 9.
cod. l. 23. de lib. & post. inscripta cordibus hominum veri re-
ctiq; principia, non alia ratione probari, & infallibilia red-
di, quām facto naturali, in imagine rerum creatarum, pos-
se rati: non abs re fore puto, si hinc quoq; initium discur-
sus fecero.

VI. Ut a. per rerum naturā impossibile est, naturali-
um corporum fœtum, qui, tanquam accessio, in fructu
esse dicitur. l. 28. de Usur. §. 37. de R. D. antequam à sua
principali causa separetur, aliam parere, sibiq; similem pro-
ducere fœtum posse, nisi interveniente separatione, desi-
nat esse pars alterius, ipseq; totum principale, & aliis ali-
cujus inhaesione non indigens, incipiat esse corpus sepa-
ratum. Ita etiam prodigiosam hanc usurarum superfœ-
tationem damnarunt & detestati fuerunt prudentissimi Le-
gislatores, l. 26. §. 1. de cond. indeb. l. 28. C. de Usur. l. ult. C.
de usur. r. j. portentosum quoddam monstrum fore pu-
rantes, usuras dari, alias usuras parientes, ante separati-
onem à sorte principali; cum tamen ab illa & ejus respectu
suum accipiant esse. Eset n. hoc modo eadem res simul
& accessio & principalis causa. Adde quod accessionis
accessio, & fructum fructus & què absurdī sint Jctis,
quām senioribus Philosophis accidentis accidentis, l. 1. de
us. & usufr. leg. l. 2. §. 5. de adm. r. ad civ. pertin.

VII. Accedit misera & flebilis debitorum conditio, &
improba fœneratorum avaritia; quorum uterq; banc Ju-
ris prohibitionem fieri efflagitavit. Et illa quidem non abs-
te: nam quamvis J. Rom. rigor L. XII. tab. de poena ca-

Quod in ex-
natōcōmo
probatur.
i. Quia non
datur ac-
cessio acces-
sionis; &
accidens
accidentis.

z. Quia de-
bitorum
conditio ex-
lioquin mi-
serabilis.

6

tali, & sectione in partes debitoris non solvendo existentis, superveniente C. Pætilii, & L. Papilii Cons. sactione, usui valedixerit : moderno tamen Juri, in nonnullis locis usurpato, utpote Saxonico &c. minimè contrariatur, solvendo non existentes ad manus tradere creditorum, quibus vinculis illos includere, aut eorum servitiis tamdiu uti, permittitur, donec vel operis suis vel alio modo solvant quod debent. *Carpz. Asyl. deb. pos. 2. seqq.* Hæc verò primariò fræno habuit opus : ne vafris suis commentis expilare hæreditates, & vastitatem & stragem intolerandam familiis inferre ulteriùs possit. *VViss. disp. ff. p. 1. d. 24. tbes. 5.*

Et 3. fænervatorum inprobitas re-frananda.

Quorū calliditas varie legib⁹ illisit⁹

Hinc probi-bitum usu-ras ab usu-ris petere sorti applicatis

Non vero o-mni casu talis conju-nctio prohi-bita.

VIII. Et cum versuta ad usq; malitiam sint eorum ingenia, & temporum feces, progeniem subinde vitiosiorem pessimorum avium dederit, veteris Juris *in d.l. 26. §. 1. de cond. indeb.* prohibitionem callido commento, de stipulatione usurarum, per se separatim consideratarum, interpretantes : alia prohibicione Imperator Justin. opus esse vidit; adeoq; generali & apertissimâ lege omnino definivit, nullo modo licere cuiquam usuras præteriti temporis vel futuri in sortem redigere, & earum iterum usuras stipulari; sed etsi hoc fuerit subsecutum, usuras quidem semper usuras manere, & nullum usurarum aliarum incrementum sentire; sorti a. antiquæ tantummodo incrementum usurarum accedere. *d.l. 28. C. de Usur.* Penitus adeoq; delendas usurarum usuras constituerat Imperator; & nullum casum relinquendum, ex quo hujusmodi machinatio posset induci. *l. ult. C. de us. r. j.*

IX. Hæc Justiniani Sanctio, ne forsitan ultra scopum & mentem Legislatoris impertinenter extendatur, aut fraudulenter & subdolè contrahatur arctius; probè notandum conjunctionem usurarum, & sortis non simpliciter pro-

7

prohiberi, tanquam omni casu injustam, & legibus contraria; sed cum demum quando usuræ accessionis retinent qualitatem: tunc scilicet illicitum est alias velle usuras capere ex re, quæ à principali causa nondum separata aut per traditionem nostra facta est.

X. Cum igitur cardo negotii in eo consistat; ut usuræ prius accessoriam suam qualitatem & naturam deponant necesse sit; antequam aliam acquirere, & principalis rei nomine venire possint: quandonam, & quomodo hoc contingat, explicandum, quo è felicius reliqua enodari, & explicari possint. Et quanquam, mutatis personis debitoris & creditoris, mutari quoque debiti naturam dici potest: non ibi tamen querendum hujus rei fundatum, cum hæc mutatio, tanquam consequens, aliam quandam præcedentem causam, vel actum semper præsupponat.

XI. Solutio autem unicus est ille actus, quo interveniente, à sorte separantur usuræ, qualitatemque; accessioniam, & accidentis deponunt naturam. Et quoniam anatocismus nominatur quando usuræ non solutæ sorti junguntur, primò de naturâ non solutarum, quomodo scilicet quibus casibus anatocismus committitur, erit disquisendum; quo postmodum eò melius de solutis, & ab hoc negotio exceptis, certum aliquid definire queamus.

XII. Primò ergo pro non solutis habentur, quæ debitoræ, nondum tamen actualiter præstitæ sunt. Licet enim, quod nobis debetur, jam nostrum quodammodo, & in bonis nostris sit, l. 143. de V. S. l. 49. eod. nostrum patrimonium augeat, debitoris vero minuat: vid. l. 88. d. s. non tamen hæc debitoræ qualitas illud operatur, ut pro solo habeatur, quicquid actione peti potest: cum hic dominium requiratur, & quidem illud, quo rei nobis tribui-

Sed tunc
demum, quan-
do usura
accesio ma-
nent.

E. depositio
accidentalis
qualitatis
requiritur.

Quæ non
sit mutatio
personis.

Sed tantum
solutione.

De usurariis
non soluta-
rum naturâ
prius dispi-
ciendum.

Quales sunt
debitæ, actu-
aliter tamen
nondum præ-
stite.

Quanquam
nobis debitâ
in bonus no-
stris sit.

rur

cur plena proprietas, quod ipsum cum per traditionem, deum transferatur, l. 9. §. 3. de a. r. d. nemo negabit, usuras in dominio debitoris permanere, usq; dum actualiter traditæ, arg. l. 20. C. de pactis.

*Et in b. f.
contractib⁹
debeantur
usura puni-
toria*

XIII. Bonæ fidei quidem contractus illud ex suâ naturâ speciale habent, utin illis usuræ debeantur punitoriae, si in solvendo mora sic commissa, l. 32. §. 2. l. 17. §. 4. de Usur. hinc etiam negot. gestor ad usuras obligatur, qui pecuniam alterius, quam penes se habuit, scenori non debet, cum potuerit. l. 24. C. de Usur. minimè tamen eò extendenda benignailla & utilis interpretatio, quam Judici in hisce contractibus ll. concessere; cum per moram commissam nihil in accessoriâ usurarum natura fuerit immutatum, ut ea propter à verbis generalibus d. l. ult. C. d. t. sit recedendum.

*Obj. At eo
ipso debitor
commodum
sentiret ex
mora.*

*Et tunc u-
sura consi-
deranda ut
interesse.*

XIV. Sed videtur minimè prodesse hoc debere debitori moroso, qui hoc modo ex injustâ suâ & frustra toriâ dilatione sentiret commodum, usum sc. usurarum, quarum jam venit dies, contra l. 37. mand. l. 134. §. 1. de R. J. & cum ob moram à debitore commissam in exsolvendo, usuræ non amplius quâ tales; sed ut interesse, s. interusu-rium considerentur, atq; sic ultra dimidium currant; l. 35. de Usur. Carpz. Alys. deb. n. 293. quare non etiam hic efficere possit mora, ut usuræ debitæ, & cunctatione debitoris culposâ nondum præstitæ, induant naturam sortis, ut alias parere usuras possint: maximè cum etiam scenoris odium cesseret, & intentionem scenerandi habere, dici non potest is, qui usu rei carere cogitur, neq; in mora accipiendi est, vid. Carpz. d. l. Usuræ enim, quamlibet graves, sunt justum interesse, quando eas alter solvere ex eo cogitur, quod per moram debitoris solucio non sic facta. VVesemb. cons. 72. num. 2.

XV. Ve-

XV. Verum, quanquam ob moram alterius non unquam usuræ ut interesse sese habeant: neq; tamen semper illud accidit: neq; unicè ob istam negligentiam, in non solvendo commissam, citra ulteriorem probationem, damni emergentis & lucri cessantis, intervenisse præsumitur. Utut ergo, hoc probato, usuras usurarum tanquam interesse petere, permisum esse dicimus, de quo mox uberius: tamen extra istum casum moram quidem culposam; hoc tamen modo coercendam non venire, putamus. Et eam ob rationem neq; socius, socium ob debitum sociale conveniens, usurarum usuras licet petere potest; quamvis in mora fuerit socius, nec usuras, nec interesse justo tempore praestiterit; ex Hect. Felicio, tr. de soc. refert. Zepper. d. tr. n. 22.

XVI. Id quod adeò verum est, ut licet creditor ob sui debitoris moram, pecuniam aliunde mutuò accipere & usurarum usuras solvere fuerit coactus, à debitore tamen suo illas repetere integrum ipsi haud est: cum nullo jure ad illud fuerit obstrictus. Ne tum quidem, etiamsi ille se solutum promisit, quicquid illius sortis nomine fuerit expensum; quia neq; dicere poterit, se hoc nomine debitoris, sui solvisse: & illa promissio non nisi de vere & necessariò debitibus erit exaudienda, non de indebitis ipso jure, quales semper sunt usurarum usuræ; licet promissæ. Extenditur illud etiam ad fidejussorem; qui, licet de summa, quam pro principali solvere fuit coactus, alii creditori usurarum usuras solverit; illarum repetitionem minimè habere evincit. Franz. l. 2. V.R. 1. o. n. 96.

XVII. Idem omnino de piis causis, & miserabilibus personis debitibus exaudiendum usuris. Ut ut enim vel illorum extrema necessitas illud suadere videatur, & scenoris omnis absit suspicio; & speciali favore usuras etiam con-

Resp. Usuræ
non solvare
non semper
sunt inter-
esse.

Tarda solva-
tio usuræ
non mutat
in sortem.
Quod etiam
procedit in
socio.

Et in ipso
creditore;
licet ob mo-
ram debito-
ris mutuò
sumseris,
& usuræ
usurarum
solveris.

It. fidejus-
sore.

Favor pie
causa &
paupertatis,
nullam pa-
rit excepti-
onem.

ventionales, ut interusurum petere dicuntur. *Carpz. Asyl.*
deb. pos. 27. quæ etiam haud exiguum illis, penes benefi-
 cios Legislatores conciliare favorem valuerunt, ut in multi-
 tis specialiter prospectum illis voluerint. *vid. Nov. 7. Andr.*
Tiraquell. de privil. pia cause; & *Corn. Benincas, de priv. paup.*
per tot. Quoniam tamen, (quod in genere de omnibus per-
 sonis & causis privilegiatis notandum) favor L, latorum
 non præsumitur, nisi in casibus in J. expressis, etiam hīc
 eundem, ad hunc non expressum extendere velle, quid
 aliud esset, quām tribuere privilegia illis, quibus lex non
 tribuit? *Finckelb. Obs. 75. n. 13.* Adde quod ea, quæ in se
 iniquitatem quandam habent; favore causæ vel personæ
 licita non fiant. *vid. latè Dn. Rittersb. Diff. J.C. & C. lib. 3.*
c. 21. 22. ad. c. 43. 27. q. 4. Exemplum habemus in illis;
 quæ naturaliter debentur, ut puta legitima filiorum ab hæ-
 reditate paternā, quæ sanè per legata ad pias causas minui
 non potest, ut ex Bartol. refert *Tiraquell. de privil. pia caus.*
priv. 72. & *praf. ibid. p. 454.*

Q. An pecu-
nia pupilla-
ris excipa-
tur? quām
Tutor sub
Vsuris habet
Videtur
quod sic.

XVIII. De Pecunia pupillati non adeò expedita res est.
 Sunt enim, qui in illa singulare quid receptum esse volunt;
 ut Tutor, ab usuris pecunia pupillaris, quam ipse sub usu-
 ris habet, alias usuras solvere necesse habeat. Sin, tunc de-
 bere illas censetur; quando exactas usuras, aut usibus suis
 retinuerit. *l. 7. §. 12. de adm.* & *per tut.* aut scenori dare, cum
 potuisse, neglexerit. *l. 58. §. 1. d. t.* Eadem ratione etiam
 tunc illas debebit, quando ipse usurarum est debitor. Nam
 quamvis nudum debitum non in Dominio s. proprietate
 nostrâ sit; quanquam nostrum sit, & nostrum Patrimo-
 nium augeat. *supr. rh. 11.* Quoniam tamen hīc Tutor &
 habeat actionem respectu pupilli, & Jus illas usuras exigen-
 di, & præterea Dominium rei s. usurarum nondum solu-
 tarum: nihil amplius obstat, quo minus optimâ Juris ra-
 tione

tione concludere possimns, obstrictum esse Tutorem, ad usurarum usuras, ex pecunia pupillari debitas, ex eo, quo illas debuit, & non in rem pupilli converterit, aut aliis fœnori dederit. Nam quod adversus alium præstare debet Pupillo, id adversus se quoq; præstare debet, & plus. Neq; h̄c interpellatio necesse est, cum speciali favore ll. debitorem minoris etiam non interpellatum in morā ponant. *d.l. 3.*
C. in quib. c. rest. in int.

XIX. Ut hæc omnia faciliū enodari possint, distinguendum inter Jus, pupillo jam acquisitum, conservandum, & novum aliquod acquirendum. *In d.l. 7. §. 12.* per solutionem à debitore pupilli factam, usuris qualitas sortis jam erat acquisita, hinc non immeritò ad illius conservationem præstandam tenetur Tutor. At verò cum ipse debet usuras, antequam solverit, nihil novi Juris est acquisitum; E. etiam nihil conservare debet. Adde quod hæc Juris reg. *d.l. 3.* C. planè non spectet ad negotia, quæ de lucro caprando tantum agunt; quale est fœneratio pecuniæ. *Molin. de Usur. n. 602.*

*Negandum
tamen.*

XX. Sed etiam illud sciendum; quanquam Tutor *J. ff. & C.* fieri etiam debtor pupillaris possit, atq; sic sibi ip̄si solvere & à seipso exigere debitum pupillare non semel dicatur. *l. 8. C. qui dar. tut. vel cur. pos.* tamen etiam hoc Jure participem, s. collegam quendam recipiebat, *l. 7. C. de excus. tut. Dn. Rittersb. com. ad Nov. p. 8. c. 3. n. 1. 2.* Ut ergo usuræ ab ipso debitæ pro solutis accipientur & habentur, necessariò requiritur, ut actualis quædam solutio, vel collegæ suo, vel alio modo, puta judicialiter, facta sit, antequam naturam sortis induere possint usuræ, cum demum per dationem, s. solutionem sors fiant. *d.l. 58. §. 1. ff. de adm. & per. tut.* Si quidem nuda debitatum usurarum retentio, benè quidem extensivè usuras augere potest,

12

non tamen intensivè. Molin. de Usur num. 602. Ec
quod accedit, regulariter Tutor acquirere non tenetur.
autb. novissimè C. dc adm. tut. Multò minus usuras debebit
Tutor illarum usurarum, quas nondum accepit à debito-
ribus pupillaribus. Carpz. p. 2, c. 30. d. 31.

Neg. si in
mora sit ex-
igendi usu-
ras pupilla-
res.

Aliud di-
cendum, si
in mora sit
accipiendi.

XXI. Quæ supra de mora dicta fuère, partim de mo-
ra irregulari, quæ ex re fieri dicitur; partim de regulari il-
la, quæ sit ex parte debitoris, accipienda. Sed quid si Tu-
tor sit in mora accipiendi; nonnè tūm demum usuras usu-
rarum præstare debet Pupillo, ex eo tempore, ex quo ac-
cipere noluit oblatam pecuniam?

XXII. Dummodo oblatio rectè facta sit, subsequentे-
se, obsignatione, & depositione. l. 41. §. de Usur, l. 6. l. 11.
l. 19. C. eod. vel crebra denunciatione, & oblatione. l. 4. C.
de Usur. pupil. VViss. p. 1. d. 42. tb. 25. in fin. (quæ sc. vel lo-
co obsignationis & depositionis est, vel tertium genus im-
pediendarum usurarum constituit) utiq; teneri ad illud
Tutorem puto. Nuda enim oblatio, licet in mora consti-
tuat Tutorem l. 72. in solut. nondum tamen ita efficax est;
ut cursum usurarum sistere possit. Nam cum moram ex
interpellatione tantum contractum purget. l. 91. §. 3. de
V.O. l. 72. de solut. eas quoq; tantum usuras tollere potest,
quæ inde dependent; ex persona scilicet. Dn. Struv. S. J. C.
Ex. 27. tb. 56. Cum verò hīc usuræ magis ex re deberi vi-
deantur, pecuniā sc. pupilli, ob favorem ejus specialem.
l. 3. C. in quib. c. ref. in int. Dn. Struv. d. l. tb. 58. mora præ-
primis realis tollatur necesse est, ut cursus usurarum cum
effectu sistatur. Quod non nisi obsignatione & depositio-
ne fieri potest; per l. 1. §. ult. l. 7. l. 18. §. 1. de Usur. VViss.
bic tb. 25. aut etiam creberrimā oblatione. d. l. 4. C. de usur.
pupillar. l. 122. §. 5. de V.O. Nam qui crebrò & identidem
pecuniam offert, cā non utitur. arg. d. l. 4. C.

XXIII.

XXIII. Teneri ergo tunc Tutorē m', ad solvendas usurarum usuras, puto, quod sc. damnum incurreret Pupillus, ob usurarum cursum, per depositionem impeditum; tūm quod culpa Tutoris factum, quō minus usura, unā cum reliquā sorte, sors facta sit; & quod hic tantum certat de damno vitando, & lucro, culpā Tutoris, cessante; cui, vel alii fœnori elocare, vel alio modo in commoda Pupilli impendere incubuisset. Imò si proprius rem consideremus, ipsa depositio nihil aliud est, quam solutio. Vix enim aliam ob causam, cursum usurarum sistere illam, dicendum; quam quod pro solutione in hac materia accipiatur. *Strub. S. J.C. Ex. 47. tb. 79.* Notat tamen *VVesemb. Conf. 72. n. 12.* non mero Jure Tutorē debere usurarum usuras; sed demū ex sententiā Judicis; & quidem non pro usuris sed pro vero interesse, ac eo, quod in sortem conversum est.

XXIV. Non prætereundum, quod ex *Munnoz de Escobar. de ratio. adm. c. 15. n. 30. 31.* probare vult, *Berlich. p. 2. dec. 226.* teneri Tutorē ad usuras usurarum ab eo tempore, quo fuit in mora restituendi reliquatum, sub quo usuræ continentur. Sanè d. Autori ibi sermo est, de illo tantum, an debeatur minori interesse reliquorum à tempore, quo Tutor vel Curator fuit in mora restituendi reliquatum; quod affirmat, *per l. 7. §. ult. de adm. tut. & l. 1. §. 3. de Usur.* Illud extensum voluisse Munnoz etiam ad Usuras usurarum, mihi non videtur; cum & plurimæ obſtent rationes, & ex dd. ll. minimè hoc ipsum probari possit. Præterquam enim, quod neq; mora regularis, quam tamen Tutor non nisi interpellatus committit, *l. 23. l. 24. de V. O. add. l. 87. §. 1. de leg. 2.* neq; irregularis, ex pecuniā pupillari proveniens, usuras in sortem transmutare posset, uti supra dictum; ipsi quoq; textus citati reclamant.

Tunc enim
tenetur ad
usurarum
usuras; quia
ille in cause
est, quo mi-
nus usuræ
sors facta
sint.

Requiritur
tamen con-
demnatio
judicis.

Hinc Pana
Tutoris, ob
moram à reo
liquat uſu
ras débentis
ad usurar.
uſur. non
extendenda

XXV. Quamvis enim *l. 7. §. ult. de adm. tut. generali-*
 ter dicat, debere Tutorem usuras in diem, quo Tutelam
 restituit; nemò tamen negabit, intelligendam esse istam
 legem de rebus, de quibus alioquin usuræ præstabantur,
 eum nequidem de omni pecuniâ pupillari, quam penes se
 habet, usuras debet. *arg. auth. novissimè. C. de adm. tut. mul-*
tò minus ergo ab usuris. l. 1. §. 3. de Usur. si probè inspi-
 ciatur, contrarium apertè statuit; dicitur enim ibi: Tuto-
 rem usuras præstare in eum diem, quo restituit Tutelam.
 Intelligendum ergo hoc est, vel de usuris sortis, & jam an-
 teà ab illo præstitis; vel de aliis novis usurarum usuris, quas
 anteà non præstitit, & quæ à tempore tutelæ finitæ initium
 capiunt: de his non potest, quia ne unico quidem verbo
 novarum usurarum, à tempore finitæ Tutelæ initium ca-
 pientium fit mentio. E. dubio procul de illis usuris quas
 ante præstitit. Nec obstat quod fœnus tantum incidenter
 intendatur, adeoq; sancè major debebat esse favor ejus,
 quam fœnoris negotiati & principaliter intenti, neq; ad
 illud extendenda d. prohibitio; cum præsertim, quanto
 plus duret mora, tanto plus coercenda. *Molin. de Usur.*
num. 599.

Pœnæ n.
qualis etiam
usura, non
nimirum ex-
asperande.

XXVI. Verùm, utut hæc ita sint, cum tamen usura
 quodammodo pro pœnâ habeatur. *l. 3. 8. in fin. de Neg. ges.*
 eaq; per cursum earum liberum & non impeditum satis ex-
 asperetur; minimè propterea contrall. exacerbanda veni-
 et: sufficit enim, quod hoc in casu ultra alterum tantum
 currat. *Molin. d.l.* Neq; etiam finitum Tutoris officium
 illud efficere potest; cum nequidem cursum usurarum,
 ulterius porrigere possit; sed necesse est ut interpellatio
 interveniat, quo currere pergant. *d.l. 87. §. 1. de leg. 1.* Neq;
 ex quo sistitur cursus usurarum, usuræ videntur in sortem
 mutata: sic scil. quories ultra alterum tantum non per-
 mit.

mictuntur; sors fierent; quod absurdum, & anatocismo
pejus.

X XVII. Porro quid in dote obtineat, perspiciendum. Neg. in dote
Et quidem non exiguis est dotum favor. Non enim tan- aliud consti-
tum nonnunquam, tanquam legitima portio transmitti-
tur ad alias hæredes; quando sc. vicem legitimæ subit; per-
ea quæ tradit. *Hilg. Don. Encl. l. 19. c. 4. l. 1. Nn. not.* inter-
dum etiam privilegio Vellejanò fortior; ita, ut mulier do-
tem promittens pro aliquâ, exceptione Scti non gaudeat.
L. ult. C. ad Sct. Vell. Qui favor eo fuit extensus, ut etiam
omnes rei dotalis accessiones dotales fieri dicantur. *l. 69.*
§. ult. l. 10. §. 2. de J. dot. l. 7. §. 12. sol. matr. m. hinc ergo
non obscure appetet, omnes accessiones ex naturâ dotis
simul ac debentur, sortem fieri. Sed falsum est, omnem
dotis accessionem dotalement fieri; seu ut sortem se habere;
ad eò ut ne quidem fundus, pecunia dotali emptus, uxori
acquiratur; nisi permutando actum sit. *l. 12. C. de J. dot.*
Boc. cl. 2. d. 18. th. 49. multò minus fructus & accessiones
naturam suam mutabunt. Loquuntur autem *l. 7. §. 12.*
sol. matr. & reliqui textus, non de tali accessione, quæ in
fructu est; sed de augmento docis, quod semper fors fuit;
& potius ut præmium virginitatis, & pretium sanguinis
debetur, non ut usura. *Zepp. disc. Jur. Tit. 9. n. 19.* de quo
infra uberioris th. 81.

X XVIII. Hactenus de debitibus privilegiatis. Pergen-
dam porrò ad alia. Qui usurarum usuras non omnino im-
probandas esse putant, inter alia etiam producunt illud
quod interest; s. interesse; cui cum jura admodum fave-
ant; ita, ut iliid allegans, *J. prælationis* gaudent in *F. Sax.*
Carpz. p. 1. c. 28. d. 164. & in *J. C.* ultra legitimum modum
usurarum ejus petitio permittatur. Hinc ex *Cagnolo, Mun-*
noz de ratioc. adm. c. 15. n. 27. refert; morosum debitorem
non

*Neg. in dote
aliud consti-
tutum.*

*Neg. dote
accessio fors
fit.*

*Et quan-
quam usura
78 interesse
peti possit.*

non solum ad interesse simpliciter; sed etiam ad interesse alterius interesse teneri, solito negotiari.

Quia etiam ab usurâ illud in rotum differt.

XXIX. De interesse quidem infra dicetur; quod se. ejus interesse peti possit, & quare. Quod verò illi cum usuri nihil sit commune, inde patet.

1. Usura enim est commoditas & accessio, quæ propriè circa quantitatem versatur; interesse non circa quantitatem, sed circa alias res quascunq; l. 3. de in lit. jur. l. ult. de per. & com. r. vend. Vultej. in R. J. c. 44. n. 63.

2. Usura debetur interdum à tempore contractus; interesse demùm à tempore moræ vel culpæ. l. 60. pro soc.

3. Usurarum modus à ll. est determinatus & præscriptus. l. 1. de Usur. Interesse verò est incertum.

4. Usura accidens semper est, quia ex sorte nascitur, & cujus causa debendi, præter sortem, nulla alia; Interesse verò, quamquam etiam à re debitâ, tanquam origine dependeat; respectu sui tamen nova est, & alia planè debendi causa; adeoq; potius pro parte, quæ accessura fuisset rebus nostris, habenda, quam pro accidente. Cum ergo usuræ & interesse ab invicem satis differant; patet, neq; usuras, tanquam interesse peti posse, neq; hoc prætextu usuræ ab aliis usuris. Si verò quis usurarum interesse probare velit, omnino audiendus.

XXX. Quod si usurarum usuræ ideo sunt prohibitæ, ne improbum scenus debitori extorqueatur, ergone tunc erunt licitæ; quando una cum reliquis usuris legitimam quantitatem non excedunt; s. cum minor petitur usura à sorte, hoc pacto, ut illæ usuræ sortem quotannis augeant, aliasq; usuras cum sorte pariant? Neg. Molin. n. 45. eam ob causam; quod, licet primis annis legitimam usurarum quantitatem non excedant, successu temporis tamen excedere possunt. Sed &; licet solum ad illud usq; tempus mutu-

Usura ab usuris tanquam ab interesse peti non potest.

Prohibitæ sunt usuræ usurarum licet coniunctim legitimam quantitatrem non excedant.

mutuum detur; vel pacto adjecto caveatur, ut post illud tempus usura non amplius currat, tamen non valere idem Molin. assert. d.l. Omni enim casu usurarum usuræ dam-
nantur; quibus etiam illi annumerandi, quorum sub præ-
textu usuraria pravitas occultari quoquo modo potest.

XXXI. Sed, quoniam solutione interveniente, usu-
ras naturam sortis induere, dictum fuit; utiq; tunc pro
solutis habenda, quando, novatione intercedente, per
fictionem brevis manus, tanquam solutæ, sorti adjiciun-
tur. Utiq; n. brevi manu mutuum contrahitur; quando
sc. permitto, ut mea pecunia, quæ ex aliâ causâ est pe-
nes aliquem, sit penes illum ex causâ mutui. l. 11. l. 15.
de reb. cred. Jam verò usuræ debitæ apud debitorem,
actu sunt ex aliâ causâ; debentur enim absque ullâ ex-
ceptione; quid ergo impedit, quò minus brevi manu
possint esse apud illum tanquam mutuum: cum illas ex-
igere, & exactas denuò sub usuris eidem debitori mu-
tuò dare, nemo prohibeatur. Carpz. Asyl. deb. pos. 31.
vid. D. Melii p. 4. dec. 213.

XXXII. Verum si hoc concederetur, facile elude-
retur prohibitio anatocismi, & debitor, rigidam credito-
ris exactionem evitaturus, ad hujusmodi mutuum, brevi
manu contrahendum, facili negotio compelli posset.
Struv. Ex. 27. tb. 50. Licet n. alioquin brevi manu mu-
tuum contrahere, in Jure admodum sit licitum; illa ta-
men Juris permisso de illistantùm exaudienda, quando
pecunia apud alterum est, non ut usura, sed ut sors.
Neq; est, quod hic se exceptos esse putent Mercatores;
quod sc. in illorum causis de apicibus Juris disputandum
haud sit, per l. 29. §. 4. l. 48. mand. Est namq; hic aperta
Juris prohibitio, summâ æquitate, in favorem miserabi-
lium personarum sancta; minimè ergo controversia est

Fictio brevis
manus hic
non equi-
pollet solu-
tioni.

Quia hoc
modo sem-
per eludere-
tur prohibi-
tio anato-
cumi.

Quandoq;
permittitur

de apicibus Juris; adeoq; generalia sanctionis prohibitoriae verba generaliter quoq; erunt accipienda. *Carpz.*
p. 2. c. 30. d. 34.

*Anatocismi
renunciatio
est illicita.*

tam simplex

XXXIII. Sed cum in favorem debitorum prohibitus sit anatocismus, annon renunciatio, de non utendâ exceptione anatocismi, illum reddat lictum? Namq; & in Vellejani Privilegio renunciatio operatur illud, ut intercessio mulieris de Jure subsistat, & alioquin exceptiob; sibi competentibus quemlibet renunciare posse, tralatitium est. Verum nihil in hoc negotio operatur renunciatio; Sive enim sit simplex, nulla erit; ob verba l. 28. C. de Usur. negativa, prohibitiva & exclusiva; quæ nullam renunciationem admittunt. Adde quod eâdem facilitate quis induci posset, ad renunciandum, quam ad promittendum vel novandum. Quam ob causam *Dn. Strub. S. J. C. Ex. 18. th. 42.* neq; renunciationem valere in repetendo illo, quod per errorem in debitè solutum est, tradit. Quod etiam alii extendunt ad exceptions doli mali & metus; alii verò illud restringunt ad eumcasum, quo renunciatio fit durante metu, vel dolosâ circumscriptione, ita ut nullus alias interveniat actus.

*Quamqua-
lificata*

*Neg. si pars
remittatur,
ideo ut reli-
quum sorti
jungatur.*

XXXIV. Neq; effectum habebit qualificata; cum juramentum de re illicita & legibus prohibita sit nullum, neq; ad illud servandum quis teneatur. *arg. l. 112. §. ult. de leg. i. & c. i. de Jurej.* Neq; etiam valebit si ita conventum inter debitorem & creditorem; ut certa pars usurarum remittatur, ut reliquum sorti jungatur. Quamquam enim primâ fronte videtur, debitorem lucrum exinde percipere, quod ab usuris aliquid remittatur, verum cum successu temporum longè majus foret damnum, quam lucrum exinde competens: meritò, tanquam fraudulenta & subdola circumventio, rejicitur. *vid. Zepp. d. l. n. 13.*

XXXV.

XXXV. Perveniendum nunc ad usuras Rei judicatae, ubi usurae novam qualitatem sortis videntur acquisivisse, cum quod totius debiti in actionem deducti novatio legalis facta sit, cum quod propter contumaciam condemnati, major causa debiti subesse videatur. *vid. l. 3 pr. de us. r. j. & quæ post rem judicatam debentur usuræ, in aliæ speciem degenerent, & ad instar interesse exsolvendi beant. Carpz. Asyl. deb. n. 26.*

*An usuræ
rei jud. ex-
cepta sint?*

XXXVI. Sed aliter placuit Imperatori; namq; ut penitus aboleretur anatocismus, & nullus ei locus, cuius cunq; justæ causæ prætextu relinqueretur, censuit legales hasce, & justè punitorias usuras pro ratâ veteris tantum sortis currere, & exigi vetuit ulla quantulascunq; usuras, pro conflato ex veteribus usuris incremento; etiam à debitoribus contumacibus *l. fin. C. de Us. r. j.* Nec absq; ratione, in cuius spiritu lex vivit. Non enim usuræ exinde protinus sors fiunt, quando Judex reum sententiâ suâ condemnat ad capitalem summam & usuras solvendas; utieleganter ait *Fabius de Anna. cit. Zepp. d. l. n. 16.* Hinc etiam *Anton. Fab. ref. eod. Zepp. d. l.* ait. taxatione fructuum & usurarum à Judice factâ; ejus summae tamen usuras à tempore moræ peti non posse: remanent enim nihilominus accessiones, utut taxatae.

Negatur

*Quia neg-
per senten-
tiam Indi-
cis, neg. ta-
xatione lu-
diciali ac-
cessio sors
fit.*

XXXVII. Demonstratum hactenus fuit, quot modis & quibus casibus anatocismus committatur; adjectis non nullis specialissimis exceptionibus. Antequam verò ad solutionem accedamus, & quibus modis illa fiat, & quomodo naturam usurarum transformer, explicemus; intempestivum minimè fore puto, injicere hic & intertexere casum quandam intermedium, ubi ex parte sortis intercessit solutio; ex usurarum verò parte, nulla. Vide licet soluta fuit fors integra, unâ cum aliquâ usurarum.

*Quid si usu-
rae aliquæ
post tora-
lem soluti-
onem re-
manserint?*

parte; remanentibus tantummodo in residuo exiguis usurarum particulis; quidnam de illis statuendum; an in fortē mutatas dicendum, ut novas producere possint usuras; nec ne?

Si uterg_z, ignoravit aliquid re-stare, non debentur.

XXXVIII. Cum verò illud non uno modo contingere possit, discernendi ante omnia sunt & segregandi distincti casus, ne illorum confusione in errores incidamus. Quando ergo in residuo mansit usurarum pars; illud primò contingere potest ex errore aliquo & ignorantia; quando & creditor calculum minus rectè ponens, sibi nihil amplius deberi; & debitor se totum soluisse, putat. Dicendum ergo, comperto postmodum errore utrinq; ad nihil amplius solvendum, præter illam summam, debitorem teneri; quoniam præsumptio adest, illum si tempore factæ solutionis, de illâ residuâ summâ fuisse admonitus, & sufficienter edoctus, in illâ solvendâ non fuisse difficultem.

Si scivere, & pecunia simpliciter soluta, reliquatus fons erit.

XXXIX. Deinde fieri solet, ut utrinq; quidem constet de parte residuâ; soluta tamen simpliciter fuit pecunia, neq; conventum de reliquat, an usurarum, an verò sortis nomine venire debeat; & tunc quicquid solutum in usuras computabitur, & à reliquâ summâ usurae debebuntur, quoniam fons revera est. l. 5. §. 2. l. 18. de solut. Secus si contra.

Idem; si debitor partem usurarum negavit.

XL. Alia interim emergit quæstio. Quid si debitor illam partem usurarum, quæ residua mansit, se debere negavit tandemq; persententiam judicis in illam fuit condemnatus? Puto illam pro sorte habendam, & solutum in usuras computandum. Quanquam per sententiam judicis usura fons minimè fiat; quoniam tamen debitor in causâ fuit, quo minus illa pars, vel ab initio fuisse soluta, vel solutum in usuras computatum; illud computationis

tationis Jus tamdiu in suspenso fuisse dicendum, donec de veritate constiterit. Aliud tamen dicendum, si justam habuerit litigandi causam, & in probabili fuerit ignorantia; puta si haeres sit debitoris.

XLI. Nunc ad solutionem ipsam accedamus; quām hīc non latē accipimus, pro quavis liberatione, vel quo-vis modo, quo vinculum & substantia obligationis dissolvitur, ut in l. 54. de solut. sed strictè pro illo actu, quo id, quod alteri debetur, à quocunq; naturaliter præstatur. Illa si legitimè facta sit, aliam planè usuris qualitatem acquirit; fortis sc. principalis; adimendo illis accessoriam, & accidentalem; haud secus ac rerum naturalium fructus, pendentes quidem pars fundi videntur. l. 44. de R. J. percepti verò & separati, non amplius pars sunt, sed totam quoddam principale constituunt. Goed. ad l. 178. §. 1. de V. S. Efficit igitur solutio, ut simul atq; creditor illud acceperit, quod solvit, sors fiat solutum: & tām illi, quām alii sub usuris dare nullus prohibetur. Diff. VV-semb. conf. 72. n. 7. videtur tamen de solutione tali loqui, quā sit per fictionem brevis manus.

XLII. Hic statim principio duo sese offerunt casus; ubi, quidnam statuendum, adeò expeditum non est. Quid enim, si creditor, cui usuræ solvuntur, quiq; illas statim debitori, tanquam novam sortem, capitali jungen-dam, mutuò dat, vel non sit sanæ mentis? vel nondum maturæ ætatis? Distinctè respondendum: Furioso solutæ usuræ, pro non solutis habentur; utpote, qui nullum negotium contrahere potest, l. 5. de R. J. nec quicquam velle, vel agere censetur. l. 47. de a. vel. o. bar. l. 40. de R. J. Si ergo continuò reddidit debitori usuras, idem est ac si nunquam fuissent solutæ.

XLIII. Non idem dicendum de Pupillo; cum enim

*Solutio hīc
strictè acci-
pitur.*

*Que usuras
in sortem
mutat.*

*vt etiam
eidem debi-
tori mutuo
dari posint.*

*Furiosus u-
suras acce-
ptas mutuo
denuò dans,
nihil agit.*

*Aliud obti-
nes in pu-
pillo.*

illæ conditionem suam meliorem, sine Tutoris autoritate facere non prohibeatur. pr. de Aut. Tut. neq; illi invidendum, ut rem suam augeat sine Tute, qui magis ipsi datus ne rem suam perdat. Optimè ergo & usuras accipere, & denuò eidem creditor, tanquam summam principalem, sorti adjiciendam, mutuò dare efficaciter posse, concludo : cum non obscurè melior fiat ejus conditio ; usura namq; sors sit ; & alioquin Juri contrarium non est, solutionem talem ex post facto convalescere. e. g. si soluta pecunia in rem ejus sit versa, aut si inde locupletior factus. l. 15. de solut. l. 47. ib. l. 4. de Except. Nec quicquam obstante §. 2. quibus al. lic. quæ sc. de solutione sortis pupillo facta loquitur ; & hæc ideò nulla, quoniam hoc modo & obligationem & actionem alienaret, & nihil sibi acquireret ; quod hîc contra.

*Est n. utro-
rumq; dispat-
conditio.*

XLIV. Et quanquam similis nonnunquam videatur utrorumq; conditio. §. 9. de inutil. stipulat. arg. l. 12. l. 13. pr. l. 19. §. 1. de reb. cred. Hæc tamen, distinguendo inter pupillum infantem, & pupillum, qui séptimum annum excessit ; facilimè conciliari possunt. per l. 9. & l. 47. de acquir. her. l. 40. de R. f. l. 5. cod. ibid. VViß. Quod verò in d.l. 12. de reb. cr. æquè conditio ex dato mutuo sine Tute competere dicatur & furioso & pupillo, alia res est ; siquidem mutuò dedit pecuniam, cuius Dominium vel antè furorem habuit, vel durante furore per curatorem ipsi acquisitum est : hinc non absq; ratione conditio ipsi acquiri dicitur, si alienata & in rem versa sit ; & hoc in casu pupillo similem esse, nemo negabit ; quod ipsum tamen huic materiæ applicandum minimè est.

*Idem obti-
net, si quis
per alium
solutionem
accipiat.*

XLV. Quæ verò obtainent creditore ipso solutionem accipiente ; eadem quoq;, si alius nomine creditoris accipiat, observanda : sortem sc. fieri, quicquid solutum..

Hinc

Hinc Tutor, qui usuras Pupillares nomine pupilli accepit, ad earum usuras pupillo tenetur, si alii tertio non elocaverit. l. 7. §. 12. l. 58. §. 1. de adm. Tut. sc. cum tutò elocare potuerit: semper enim acquirere non tenetur. auth. novissimè. C. de adm. tut. & nonnunquam è repupilli estreconditam habere pecuniam. arg. d. auth.

*Quandoq;
tamen te-
netur Tutor
ad usuras,
ab usuris
pupill.*

Idem de Procuratore, & Negot. gestore dicendum. l. 10. §. 1. mand. & de Socio. l. 60. pro soc. quando sc. sunt in mōra tradendi Principali. Et in genere, exactio usurarum de usuris, in aliam quamcunq; personam translatis, licita est. vid. Carpz. Asyl. deb. pos. 30. n. 364. seqq.

*Itidem Pro-
curator &
Negot.
gestor. §*

Hactenus dicta, quamvis à præsenti materiâ quodammodo aliena sint; ob affinitatem tamen attingenda fuerunt.

*Quid circè
personam
debitoris
notandum.*

XLVI. Revertimur ad anatocismum; quænam circa personam debitoris, solutionem præstantis, notanda; contemplaturi. Veluti autem creditores solutionem dupliciter accipiunt; vel ipsi; vel, earum voluntate, alii: ita etiam debitores dupliciter solvunt; aut ipsi: aut eorum nomine alii. Si ipse solvit, sit illud primò paratâ pecuniâ; & eum habet effectum, ut Dominium, s. proprietatem in creditorem traditione transferat, qualitatemque usurarum in sortis hoc modo transmutet. Hinc illà legitimo modo factâ, quin iidem nummi eidem creditorimutuo dari, tanquam sors, possint, ut novas pariant usuras, omni dubio carerit.

*usura solu-
ta, eidem
creditori
mutuo dari
possunt.*

XLVII. Sed nullus videtur esse in genere hīc actus; quoniam solutio ita fit, ut nummi soluti statim reddantur, quo casu nec liberatio contingit, nec nummi alienantur. p. l. 55. de Usur. Verùm negatur quod hīc ideò solvatur, ut statim reddatur; ideò sit solutio, ut subsequatur liberatio; adde quod hæc lex 55. tūm demum procedat, quando

*Resp. ad obj.
l. 55. de
Usur.*

quando nullus numerationis remanet effectus penes accipientem creditorem ; quod sanè hoc casu non contingit , cum in illius potestate sit eam mutuò dare, vel non. *Goth. ad d. l. 55.* Et alioquin ab hac regula excipiuntur causas , ubi evidens utilitas penes accipientem creditorem remanet ; per *l. 20. de rob. cred.* *VViß. p. 2. d. 28. tb. 11. in fin.*

Valet etiam si nummis alienis ignoranter solutio facta;

Quia creditor fuit b. fid. poss.

Obj. l. 63. de cond. indeb.

Resp. quod sit casus diversus.

XLVIII. Solutio à liberatione, tanquam suo effectu, differt. Hinc quæritur ; quid Juris illis casibus, ubi stricto Jure solutio effectum non consequitur. Et primò quidem in solutione alienis nummis facta : si debitor, alienis nummis, quos suos esse putabat, creditori usuras solvat, & creditor postmodum illa ipsa nummorum corpora eidem debitori mutuò dederit, illisq; sorte m auxerit. Videtur nihil astum ; quoniam nummi accipientis non sunt facti, neq; debitor tali solutione liberatur. *l. 78. de solut.* Sed cum creditor fuerit b. f. possessor, conditionemq; usu capiendi acceperit. *arg. l. 60. de solut.* videtur eos b. f. consumpsisse, *l. 17. d. t.* atq; sic debitor liberatus esse censetur, novumq; mutuum subsistit.

XLIX. Obstarere videtur. *l. 63. de cond. ind.* ubi debitor hominis, statu liberum dans non liberatur, quoniam hominem non plenè stipulatoris fecerit : requiritur ergo ad tollendam omnimodo obligationem, ut res plenè fiat accipientis ; atque sic non sufficiet usu capiendi conditio translati. Sed casus est omnino diversus ; primò enim. Statu liber eveniente conditione libertatis, libertatem adipiscitur. *Goth. ad d. l. atq;* sic potestari Dominicæ seipsum subtrahit, citra alterius alicujus factum ; quod secus est in pecunia. Secundò, qui hominem debuit, servum dare debet, si tollere obligationem velit ; At statu liber non est servus. E. hic etiam aliud quodammodo genus datum est.

est. Non enim quilibet homo, qui quoquo modo ad tempus alicujus esse potest, debetur hoc casu; sed servus strictè sic dictus: non cujus servitus certo tempore exspiratur. Tertio statu liber neq; usucapi, neq; consumi potest, uti nummi.

L. Et usuras quidem anteà non deberi, nisi earum dies venerit; annuæ post finitum annum; menstruæ mensis præterlapsa. Si ergo debitòr finto demum anno usuras debens, per semestre spatum in antecessum solvat per errorem, iterumq; mutuo sumptas sorti adjiciat; anne solutione & subsequens mutuum subsistet, ita ut usuræ ab illis usuris, denuò mutuò datis ab illo tempore debeantur? Resp. Solutio quidem, antequam tempus solutionis adventerit, valida non est; hinc solutum eo modo condici potest: adventante tamen tempore, convalescit solutione & liberatio contingit. *arg. l.38. §.3. de solut.* Ad eundem modum si debitòr, errore comperto, adveniente vero solutionis termino, illud quantum denuò offerat creditori, ad nullas usuras præstandas tenetur; nondum enim cum temporis illam summam debuit; si verò retineat, solutione quidem & mutuum ex post facto convalescit, usuræ verò ab illo tempore tantum debentur, quod terminus fuit usurarum ex solvendarum.

LI. Quidnam de delegatione statuendum; utrum delegatus illi, cui à creditore suo delegatur, ab illo tempore usuras debere incipiat: Seu, quod idem est; utrum delegatione perfectâ, usuræ in fortē transmutentur; æquè ac solutione? Affirmativa placet. Siquidem, si fundamentum respicias, stipulatione nimirū; & ita nihil aliud est quam perfecta quædam & absoluta solutione. *l. 8. §.3. ad Sct. Vellej.* ut potè quæ certis casibus ejus vice fungitur; si sc. fiat sitè, delegati consensu accedente. *l. 6.*

*Quid si sol-
vatur ante-
quam debe-
antur?*

*Delegati-
one usuræ
in fortē
mutantur.*

Nam veteres utrinq; obligatiōnes tolluntur.

I. i. C. de deleg. Nam veteres utrinq; obligationes, & ea quae inter delegantem & delegatum. *I. 2. l. 3. C. de del.* & quae inter delegantem & eūs creditorem, perimuntur, penitus extinguntur, novusq; planè inter alias personas initur contractus. *§. 3. quib. m. toll. obl.* Ita ut neq; 1. creditor contra priorem debitorem agere possit, *d. l. 2. C.* licet delegatus postmodum appareat non solvendo, *d. l. 3. C.* aut posterior obligatio sit inutilis; dummodo delegatus sit idoneus ex promissor. *l. 1. §. 3. conf. l. 19. de fidej.* neq; enim ad aliam adstringitur præstationem; nisi, ut nomen sit; non vero, an exigi possit: etiam si ignoraverit qualitatem debiti ille, cui delegatio facta. *l. 26. §. 2. l. 45. §. pen. mand. l. 3. C. de nov.* (*Exc. dotem l. 41. §. 1. de f. dot. Dn. Struv. Ex. 27. tb. 23.*) nisi forte delegans speciali pacto periculum in se suscepit. *§. 2. mand. l. 45. §. pen. eod.* Neq; 2. exceptio, quae deleganti poterat opponi, competit contra illum creditorem, cui quis delegatus est, *l. 19. l. 12. de nov. & de leg.* Neq; 3. usuræ amplius currunt, neq; pignora aut fidejussores priorum contractuum manent obligati. *l. 4. C. de fidej.* *Dn. Struv. Ex. 47. tb. 54.*

Diffr. à cessione.

LII. Probè ergo discernenda est delegatio à cessione nominis; quae ab illâ planè est aliena: fit enim cessio etiam ignorante & invito cessionario. *l. 1. C. b. t. cum sc. nullâ novâ obligatione implicetur debitor, sed tantummodo solutio veteris obligationis, & actio alteri mandetur. l. 3. C. eod.* Hinc etiam, qui actionem cedit illam non planè amittit, neq; etiam debitum in alium transfert. *d. l. 3.* sed manet illa apud cedentem salva, quâ experiri etiam potest; dummodo res sit integra. *Dn. Han. ad VVes. de Novat. & del. n. 9.* Et, quod ultimum minimè est, cessio ex aliâ etiam causa fieri potest; ut puta donatione; de legatio propriè ex debito tantum præcedente *Dn. Han. d. l. Quæ omnia*

omnia cum in delegatione secus se se habeant; apertè patet per cessionem usuras in fortem minimè mutari; neq; illam solutionem esse nominandam. Quanquam illa non nunquam etiam delegatio debiti vocatur, ut in l. 11. C. de donat. l. 1. C. de contr. jud. tut. Hinc non abs re monet Dn. Han. d. l. aliud esse delegare debitorem, aliud delegare debitum s. actionem! hoc etiam invito debitore fieri potest; illud non nisi consentiente.

LIII. Et h̄c puto latitare nodum, in quo solvendo operosi fuerunt nonnulli, parum felici tamen successu. Non enim eam ob rem, præsenti casu, usuras naturam fortis induere dicendum est, quod in aliam sint translatae personam; cum illa translatio consequentum sit, & ad præcedentem aliquam causam necessariò se referat; quin etiam suas habet exceptiones; ut potè, in cessione donatione, hæreditate &c. Et si rem accuratiùs pensitare placet: adhuc in quæstione est, utrum debitum in aliam personam transferatur delegatione? Meus namq; debitor, creditori meo delegatus, illud ipsum debitum, quo mihi fuit obstrictus, solvit; quamvis meo nomine: non enim suum debitum consequitur creditor; sed aliud nomine sui. Apparet ergo, quidnam de illâ translatione usurarum statuendum, quæ adhuc dubia.

LIV. Unicum ergo & verum fundamentum, quare usuræ per delegationem fors fiant; illud est: quod delegatio nihil aliud sit, quam solutio, & actualis præstatio eius, quod quis debet; d.l. 8. §. 3. ad Sct. Vellej. quam etiam effectus solutionis sequuntur; ut liberatio &c. Si enim aliud pro alio, volente creditore solvere licitum est; & res fungibles, operas, in solutum dare, accedente creditoris consensu. l. 20. C. de solut. quare non etiam per delegationem idem liceret: qui enim alium debitorem dat,

Vsuræ h̄c
non fiant
fors, quia in
aliam perso-
nam trans-
late.

Sed quia de-
legatio est
species vera
solutionis.

per illum solvere videtur. Maximè etiam cum omnis delegatio creditoris causa instituatur; ut sc. illi, qui solutionem efflagitat, fiat satis. Qualis autem eslet satisfactio; si modus satisfaciendi effectibus solutionis destitueretur?

Obstat,
quod sit no-
vatio.

Resp. quod
non

Sed tamen
ultima pars
bujus actus.

Solvuntur
ll. obſt.

LV. Graviter verò obstant ea, quæ supra dicta fuere; nullam permitti novationem in Anatocismi prohibitione, per l.3. C. de us. r. j. quod sc. hoc modo facile cludetur anatocismi prohibitio. Sed ex. novatio, s. voluntaria s. necessaria, ideò non admitti potest; quoniam neutrâ harum actualis fit præstatio ejus, quod debetur; sed idem semper manet debitum, neq; illam alius quidam actus solutioni in totum æquipollens, præcedit; sed idem debitum in aliam transfunditur obligationem; Hic verò quamvis etiam aliqua sit novatio; illa tamen non est principale negotium, neq; per se quicquam operatur; sed illam præcedens delegatio, per quam actualiter præstatutus creditor, quod ipsi debetur; quam sequitur postmodum inter creditorem meum & delegatum stipulatio; & tandem novatio; quæ coronidem toti actui imponit, illumq; perficit. Et ita intelligenda l.11. §. 1. de Nov. & deleg. Nam delegationis origo & causa est mandatum creditoris debitorum delegantis l. 12. in fin. de Nov. & del. executio & exitus, stipulatio novandi causa interposita. Non ergo delegatio per novationem sit, sed novatio stipulationem & hanc mandatum sequitur. VVif. p. 2.d. 28.tb. 5. Adde quod etiam in novatione simplici necesse sit, ut consensus exprimatur verbis. l. ult. C. de Novat. in delegatione illud non requiritur, utpote solutionis verâ & genuinâ specie.

LVI. Objiciunt porrò l. 54. junct. l. 175. §. 1. & l. 177. de R. J. quod nemo plus Juris in alterum transferre posset, quam ipse habet. Atqui creditor delegans non habet

Jus



Jus exigendi usurarum usuras à delegatario. E. neq; illud in suum creditorem transferre potest. Iy, concedendo totum. Neq; enim Jus exigendi debitum delegans in creditorem suum transfert; neq; ille creditor quasi succedit per delegationem in Jus sui debitoris; sed ipsa delegatio idem præstat creditori, ac solutio paratâ pecuniâ facta; breviter, per delegationem delegans, mandat delegatario, ut illud, quod sibi debet, Tertia solvat; ille mandatum accipit; & postmodum accedente stipulatione, & novatione alius inter eos initur contractus; apparet ergo, quod Jus h̄c nullum transferatur, sed per stipulationem acquiratur, & vi novi contractus usuræ debeantur ab usuris, per dictum negotium in sortem mutatis. Quin etiam, si eodem Jure tantum utatur creditor, quo delegans. Illi etiam eadem exceptiones possent opponi, quæ huic : contra l. 19. & 12. de novat. & deleg. supr. th. 51. Adde quod hæ Juris regulæ quam plurimas patiantur exceptiones; sc. accedente voluntate ejus, in cuius præjudicium sit, plūs potest transferri: ut in l. 46. de 2. r. d. vid. Pbil. Math. ad l. 54. de R. f.

LVII. Idem etiam obtinere puto in Mandatario, si stipulatio intercreditorem mandantis & mandatarium intervenerit. Ante hujus enim interventum mandanti tantummodo adstringitur ad interesse mandatarius, non creditori ejus. Quare autem in fidejussore illud non procedat, ut sc. creditor meus ab illo, qui pro me fidejussit, non possit exigere usurarum usuras, si ego non solvero: rat. est; quod, qui fidejussorem dat, non solvit: accedit, quod fidejussor & debitor pro una habeantur persona; & exceptio, quæ debitori competit, etiam fidejussori datur. Contingere quidem posse, non inficias eo, ut secundum prædictam sententiam sanctioni huic Imperatoriaz, fraude

*Idem obti-
net in Man-
datario,*

*Non verò in
fidejussore.*

*Nec obstat,
quod huic
concessis
fraus fieri
possit san-
tioni Imp.*

atq; collusione partium illudi variis modis possit. Sed hujusmodi dolosis commentis providere nostrum non est: contenti siquidem esse debemus propositas Juris quæstiones ex ll. decidere, illud saltem attendentes, ne præter intentionem L. latoris extendatur lata lex; aut nimia constrictione prohibeantur illi contraria.

*Hucen pro-
videre est
partim Ma-
gistratus,
partim Ad-
vocatorum,
partim de
Iure Respon-
dentium.*

LVIII. Magistratus itaq; est irruptentibus dolis opponere leges fraudum abrogatorias: Prudentis Advocati, sicubi dolum subesse sentiat, detracto velamento illum decegere: Illis deniq; quibus de Jure respondendi concessa est potestas, ita circa Jura condita cognoscendo versari, ut strictum summumq; Jus benignâ ejus interpretatione secundum regulam æQUITATIS instituendam, ita casibus singulis applicent; ne rigore verborum mali- ciosi causidici, ad enervandam ipsam legis sanctionem, utentur, arte ingenioq; largiente sacrâ auri fame. Quod etiam in hac materia factitarunt celeberrimi J. &ti. Quan- quam enim, secundum prædicta Juris fundamenta, fir- miter sequatur; simul atq; delegans delegato mandet, ut, quod sibi debet, creditori suo solvat, & delegatus man- datum exequendum in se suscipiat, creditoriq; solutionem stipulatâ manu promittat: solutionem actu intervenisse, eundemq; habere effectum, quem solutio paratâ pecu- niâ facta. Ad excludendam tamen omnem doli machi- nationem. Franz. 2. V. R. 10, n. 114. seq. illud tûm demum procedere vult, quando inter Cessionarium & debitorem cessum intercessit novatio chirographalis, wann der Schuldner dem Cessionario neue Siegel und Briefe aufgezeigt wortet / licet J. Civile tale quid non requirat, nisi in nova- tione contractus chirographarii.

*Dicta mul-
tò magis ob-
tinenter, si u-
sure dele-
get & succe-
dant sorti.*

LIX. Multò magis etiam obtinet dicta sententia, quan- do debitum quo delegans suo creditori suis obstrictus, mera

mera fuit sors, in cuius locum successit summa delegata,
ex sorte & usuris conflata; delegatario qualitatem debiti
illius non ignorante. Quod etiam confirmat responsum
Ampl. Facultatis Juridicæ Jenensis, allegante illud Dn.
Strub. S. J. C. Ex. 27. tb. 51. & Dn. Zeppero d. tr. tit. g.n.
38. cuius verba ultima hic referam. Dennoch aber/weltn
so wol an seiten des Debitoris als auch Creditoris unter-
schiedliche Verenderungen vorgangen/und diese Post/bis auff
die vierde Hand an Mæviam kommen/vor welche sich Cajus
constituiret/dieselbe auff sich genommen/und eine neue Ob-
ligation darüber gegeben/und wol gewußt/ daß Mævia 2000.
ff. Capital ohne einziges zugeschlagenes Interesse zu suchen
gehapt/dafür er sich auch wolbedächtig verobligiret/ und die
allbereit wider ihn erklagte Execution damit abgewendet/ so
ist es bey der neuen Obligation nicht unbillich zu lassen/ und
hat Cajus, daß hierinnen ein anatocismus begangen worden/
nicht vorzuschüßen/noch sich damit zu behelfsen.

LX. Solutionem etiam præstat debtor ob signatione si depositum debitor
& depositione, de quâ supra dictum : quæ & cursum usu- tum debitor
tarum sistit, & debitorem ab omni mora liberat, obliga- tor receperit, effectus
tionemq; solvit. l.9. C. de solut. l.19. C. de Usur. Qu. ergo, depositionis
si debtor sortem cum usuris depositam receperit, & in evanescit.
suos usus denuò converterit, annè usuræ in sortem mu-
tatae, & ab illis aliæ debeantur usuræ? Ita quidem vide-
tur, quia hæc depositio pro solutione est, & obligatio sub-
lata; nova ergo oriri videtur. Sed quoniam nondum,
acepit depositum creditor; obligatio potius suspensa,
quam in totum sublata videtur : s. sublata est quo ad esse-
ctus; quales liberatio à mora, & cursus usurarum; revivi-
scitur ergo quoad omnia receptione debitoris, d. l. 19.
in fin. C. de usur. & depositio nullum habet effectum.
Adde quod hoc pertineat illa J. regula : Actus agentium
ultra

ultra mentem & intentionem illorum nihil operatur. per l. 3. §. 1. de O. & A. l. 29. pr. de reb. cr. Nam & intentio creditoris, & debitoris hic deficit. Obſt. l. 7. de Uſur. Ubi etiam post depositionem factam uſuras debet debitor. Ex Casuſ est diuersus, ex mora enim debet; quia creditori postmodum depositum accipere volenti, impedimento fuit, quo minus posſit recipere. E. utiq; uſuras debebit ex tempore moræ. Non enim quævis depositio ſitic uſuarum curſum; ſed ea, quâ mediante creditori creditum ſuum omni tempore recipere licitum eſt & integrum.

LXI. Actum hactenus de modis, quibus debitor ſolutionem ipſe prästat; ſequuntur nunc quando per alium ſolvit creditori. Fit hoc primò per mandatarium; qui, ſi nomine mandantis creditori, ſuis nummis, non mandantis ſatis faciat; uſuras pro totâ ſummâ, tam à ſorte, quam ab uſuris recte petit, ab illo, cuius mandato ſolutionem in ſe ſuſcepit. l. 12. §. 9. Mand. Aperta ratio eſt in promptu; cum enim actualis ſolutio interyenit; utiq; uſuræ non amplius erunt uſuræ, ſed ſortis naturam acquireverunt. Eſt autem inter ſimplex mandatum in ſpecie ita dictum, & alios actus, in quibus mandatum etiam intervenit, haec präprimis differentia; quod mandatum propriè ſic dictum, nihil aliud präcedat, quam nuda rogatio & commiſſio mandantis; cum in aliis actibus, ſemper ob aliam cauſam präcedentem mandetur: v. g. delegans ideo mandat delegato ut ſolvat ſuo creditori; quia ſibi debet; ita fidejuſſori mandat debitor principalis ut ſolvat creditori; quia fidem jam anteà pro illo interpoſuit.

Idem obtinet in fidejuſſore

LXII. Et quidem à fidejuſſore, quoniam idem fit; actualis ſc. präſtatio, ſ. ſolutio totius debiti; idem quoq; dicendum; teneri ſc. debitorem fidejuſſori pra ſe ſolventi, cum ad totam ſummam reddendam, cum etiam ad uſu-

Mandatarius uſuras ab uſuris ſolutis recte petit.

ad usuras totius summæ præstandas : in illâ enim quicquid est, sors est ; adeoq; indemnem illum præstare debet. l.2.
C. Mandat. c.2. de Fidejuss. Si enim ille, qui accipit usuras nomine alterius, eo ipso dum illas accipit, in sortem mutat, & resp. ejus non usuræ sunt, sed sors ; etiam qui pro alio solvit, quicquid solvit tanquam sortem solvit, atq; sic petendo usuras à totâ illâ summâ, usuras tantum à sorte suo petit, nullas ab usuris. *Struv. Ex. 27. tb. 51.*
conf. Vincent. de Francb. dec. 254. n. 15. Seu, uti *Carpz. p.1.*
c.28. d.170. ait : fidejussor usuras solutas non tanquam aliquod lucrum repetit ; sed tanquam rem propriam ; & ob hanc etiam rationem reliquis chirographariis, quo ad totam summam, præfertur in concursu creditorum,

LXIII. Sed instabunt alii : sorte non aliam ob rationem usuræ à fidejussore solutæ pro sorte habentur, quam quod fingatur, ac si debitori tantum pecunia mutuò dedisset, quâ postmodum ille debitum solvisset : at verò in hoc negotio nulla fictio brevis manus permittitur ; ut supra latè fuit probatum. Verùm respondeatur ; ea fictio prohibetur in causa anatocismi, quâ usuras, quæ apud alterum sunt, in sortem mutatas vult creditor : hîc verò tale quid non accedit ; sed fidejussor, qui fictè tradidisse censetur, pecuniam illi, pro quo ex fidejussione solvit, usuras petit ab illâ pecunia, quam pro alio, (potius ex mandato, quam intercedente aliqua fictione) solvit, & quæ nunquam usura fuit. In creditore ergo illud non obtinebit, qui à concreditore pignus sibi cum illo commune, luit ; sorte & usuras pro debitore suo, citra ejus jussum solvens ; tunc enim usuræ illæ in sortem non mutantur. Ratio est, tûm quod sic simplex negotiorum gestor, cuius gesta non debent esse nocibilia principali, tûm quod in sui tantum utilitatem & securitatem fecisse videtur. *l.26.*

§.6. qui pot. in pign. Dn. *Struv. Ex. 27. tb. 51.*

*Secus in cre-
ditore, pi-
gnus com-
mune relu-
ens.*

LXIV. Sufficienter puto hactenus pertractatum suisse solutionis materiam; & quomodo ex illa tanquam unico fundamento, mutatio usurarum in sortem dependeat. Antequam ad alia accedamus: brevibus disquirere, operæ pretium fore puto, quidnam de poenâ stipulationi usurarum adjecta, dicendum, si illæ termino præfixo non solvantur: utrum licita sit, necne? Negativam Juri conformiorem esse puto; quia sc. hoc nihil esset aliud, quam anatocismus palliatus. Consequi enim creditorem hoc modo usuras usurarum, perquam manifestum.

Pœna stipulationis usurarum adjecta non valet.

Non quod in stipul. faciendi tantum obtemperat.

LXV. Consentit quidem nobiscum *Dn. Carpz. Asyl. deb. pos. 32.* in fundamento tamen discrepat. Siquidem statuit: adjectionem poenæ licitam tantummodo esse in stipulationibus faciendi, in quibus, propter incertitudinem r̄e interesse conventionalem admitti poenam. Cum enim ipsum factum incertum sit; interesse in facto consistens magis ad huc incertum *l. 24. de R. J.* hinc poenâ certum reddi necessum esse. Sed (quod pace magniliius *Jcti* dixerim) vereor an hanc sententiam, & legum capita, & rationum momenta ferant. Quantumvis enim in obligationibus dandi res promissa certa sit; nusquam tamen prohibitam in Jure reperies hoc casu poenalem stipulationem. Cum maximè stipulationes inventæ sint, ut unusquisq; consequatur, quod suâ interest. *l. 38. §. 17. de V. O.* Atqui non minus alicujus interesse potest in obligatione dandi. v. g. pecuniâ, non numeratâ tempore promisso. E. excludendas minimè esse puto, ab hac poenæ adjectione dandi stipulationes; dummodo non excedatur legitimus modus. *vid. Dn. Rittersh. comm. ad Inst. de V. O. §. ult.* Maximè cum etiam expressissima verba *l. 5. §. ult. de V. O.* reclament, contra quæ nulla ratio quicquam operatur.

LXVI. Illud tamen non inficias eo, restringendam, esse hanc pœnæ stipulationem ad cum casum, quo sorti promissæ solvendæ fuit adjecta, non verò usuris; tūm propter verba expressa d. l. 5. §. ult. tūm etiam argumen-
to eorum, quæ de fictione brevis manus; supra in odium videlicet Anatocismi, ne ullus casus illis relinquatur, Ob-
stars videtur, quod æquum, dependi à debitore omne illud, quod ipsi facto alterius abest; sed respondet *Don.* lib. 26. c. 21, illud tunc procedit, quando suum repetit, non verò quando lucrum adventitium, per *L. 41. §. 1. de R. 3.*

*Sed quod
sorti tan-
tum adjic-
beat.*

LXVII. Porrò etiam notandum, pœnæ stipulationem intelligendam permisam 1. de pœna momentanea respe-
ctu singularum principalium præstationem, *l. 9. pr. l. 12.*
de Usur. secus ergo, si pœna esset successiva & multiplica-
ta. 2. pœna ista momentanea non debet excedere legi-
timum modum, rationem sc. duodecimæ *vid. dd. ll.* Alii verò pœnæ stipulationem etiam usuris non solutis adje-
ctam, licitam esse, per *l. 29. & l. 44. de Usur.* affirmant:
quod tamen ex dd. textibus minimè probabitur. Nam *l. 29.* magis ita intelligenda; usurarum usuras pro non ad-
iectis habendas; cum illæ omni casu sint illicitæ: & *l. 44.* de casu ubi pœna succedit usuris; h. m. ut, si usuræ de-
bitæ justo tempore non solvantur, loco illarum tot debe-
antur pœnæ loco; quam pœnam modum usurarum legi-
timam non excedere debere, dicit Jctus *d. l. 44. Diff. Mo-*
lin. de Usur. n. 237. 238.

*Pœna sit
momenta-
nea.*

*Et non ex-
cessiva.*

*Refutantur
dissentien-
tes.*

LXVIII. Quomodo ab usuris nondum solutis aliæ u-
suræ nullo modo peti possint, ex præcedentibus uberri-
mè patere puto. Nunc etiam agendum de illis, quæ per-
cipiuntur ut sors, non ut usura, ut principale, non ut ac-
cidentarium, adeoq; usuræ ab illis peti possunt; & petitæ
non erunt usuræ usurarum, sed fortis. Inter quas species

*Vsura ab
annuis redi-
tibus tardi-
us solutus
debentur.*

*Requisita
Ann. reditus*

*Neg. realis
neq; perso-
nalium est
contractus
usurarius.*

*Sed vera
sors.*

primam constituimus Annuos Reditus redimibiles; quando nimirum Jus percipiendi annum reditum redimibilem, tanquam merx emitur venditur, Justo pretio. Ab illicis ergo si mora in exsolvendo commissa sit, usuræ debebuntur à tempore moræ; neq; pro usuris usurarum reputandum, quod eo casu exigitur. Annuus namq; reditus, (qui & à mutuò, & à contractu censitico, & ab emphyteusi, itidemq; ab emptione ususfructus satis differt) nihil quicquam in se habet vitii; dummodo i. pretium, quo fuit emptus, sit justum; & vel speciales uniuscujusq; provinciæ leges, aut consuetum usurarum modum, non excendens. *Molin. de Usur. n. 127. it. n. 144. 145.* 2. Sors in totum abalienatur. c. 1. 2. *de empt. vend. in Xtr.* 3. Vendi tori redituum potestas redimendi non denegetur. *d. Extr. 1. 2. Molin. d. tr. n. 128. it. n. 352.*

LXIX. Adeoq; non tantum realis, usurarius non erit contractus; sed neq; personalis; cum sanè majorem exerceat erga pauperes liberalitatem, qui absq; ullà hypothecâ vel cautione, nudâ fide debitoris, pro anno reditu certam pecuniæ summam ipsi annumerat; quam qui non nisi super re certâ talem celebrat contractum; juxta reg. quicquid alleviat & minus gravat debitorem; deteriorem verò facit debitoris conditionem, elevat & minuit rationem usuræ. *Molin. de Usur. n. 22.* Adde, quod etiam in reali, principalis obligatio ponatur in persona; quæ, re suppositâ extinctâ, nihilominus (quamvis non ad totam summam) obligata dicitur. *dd. Extr. Zoëf. ad Decret. de Empt. Vend. n. 7. & 8.*

LXX. Cum ergo utroq; casu revera celebrata sit em ptio Juris percipiendi reditum, qui nihil aliud est, quam sors; haud secus ac usus fructus & canon emphyreuticus; nihil restat concludendum, quam usuras illarum à tempore

pore commissæ moræ deberi. Itidemq; ex eodem fundamento in pensionibus censualibus, laudemis & decimis usuræ à tempore moræ præstabuntur; quia hæc omnia non sunt usuræ, sed fors. Sed quid si poena stipulationi redditum adjecta sit, in casum tardius solutorum? Licitum omnino, arg. l. s. § ult. de V. O. ita tamen, ut poena succedat usuris, & ad earum quantitatem etiam redigatur.

LXXI. Sunt etiam alia censum genera; huic redditui affinia; de quibus, quidnam statuendum, brevibus adjiciendum: Et quidem de censu constituto ad certum tempus, ut, illo exacto, emptori liceat repetere sortem; cum à mutuo parùm differat; tale quid minimè asseruerim; sc. census s. usurarum tardius solutarum usuras exigi posse; nihil enim esset aliud quām anatocismi species. Zoëf. d. l. n. 10. Aliud verò dicendum de illâ censu specie, quæ quidem ad tempus tantum certum currat; ita tamen, ut fors non sic salva, illo elapso; cum h̄c contractus neq; usurarius sit: adeoq; ejus census tardius soluti, quare non debebuntur usuræ.

LXXII. Idem de censu vitalicio asserendum, cum, Zoëf. d. l. n. 9. namq; ob incertum eventum ut lucrum cauale usurarius minimè est; adeoq; non soluti usuras, tanquam à verâ sorte debebuntur. Huc refer ea, quæ de constituto dotalitio apud J. Sax. interpretes reperiuntur; cuius modus cum sit ususfructus duplicatus; & insuper de singulis centenis usuræ dextantes debeantur; ita ut pro mille florenis ducenti annui debeantur ad vitam: nullum dubium esse puto; quin etiam ab illis tardius solutis usuræ peti possunt; cum casu dos expiret, & pleno jure apud hæredes mariti permaneat. Schultz, Syn. Inst. de Success. conj. L. a. n. IV.

Idem de
laudemis
& decimis
dicendum.

Aliud de
censu tem-
porario, quæ
à mutuo pa-
rum differt.

Secus si for-
tem repete-
re non licet.

Dobentur
pariter usu-
ræ censu vir-
talitii.

Et consti-
tu ti dotalitii.

LXXXIII. Dictum quidem supra de interesse, quod respectu illius aliud interesse peti posset; additaq; brevibus causa, quod sc. interesse, tanquam alia & nova debendi causa se habeat; uberior tamè paulò de hac tractandum materia; perspiciendaq; varia divisionum commenta; ne forte, illis posthabitatis, in inextricabiles incidamus errores. Prætermissa verò Accursii & sequacium; in commune, conventum & singulare: cum conventum, poena sit; de qua jam dictum: singulare verò nullum, cum nihil exsingulari cujusq; affectione æstimetur. *l. 23. ad l. Aquil. l. 36. ad l. Falc.*

Neg_z in intrinsecum & extrinsecum.

Neg_z in inæstimabile & æstimabile

Neg_z in damni emer genti & lucri cessantiis

Sed in Casuale & successivum.

LXXXIV. Negligimus quoq; illam in intrinsecum & extrinsecum. Siquidem omne interesse est extrinsecum, & extrinsecus emergit, neq; à re debita causatur; sed occasione moræ & culpæ in non solvendo commissæ: illud verò, quod intrinsecum nominant, sc. æstimatio rei, principalis, nihil cum interesse habeat commune. *Bocer. d. 6. d. 29. n. 13. seqq.* Ut etiam illam Bartoli, in æstimabile, & non æstimabile: omne enim interesse æstimabile in Jure esse debet, alioquin inanis foret de illo disputatio, cum neq; æstimari, neq; peti posset. *contr. rubr. C. de sent. quæ pro eo quod interest prof. junct. S. 32. de Action.* hinc verius in puncto Juris interesse inæstimabile non esse dabile. *Rebuff. ad l. un. C. de sent. quæ pro eo. Gloss. ib. n. 33.* Bocero quoq; l. c. defendendam relinquimus suam divisionem in interesse damni emergentis, & lucri cessantis; cum hæc potius sit divisio totius in partes, quam generis in species: & vix ullum dari poterit exemplum, ubi non utrumq;, & lucrum cessans, & damnum emergens luculenter apparet; quamquam in nonnullis casibus alterutrum horum magis sit conspicuum. *Molin. n. 28.*

LXXXV. Aliam interim divisionem annotavit Molianus. n. 499, ubi interesse aliud nominat Casuale s. momen-

mentaneum, quod sc. eodem tempore simul totum incurrit, & committitur: aliud promiscuum s. successivum; quod successivè, pro rata temporis incurritur. Verum illud ultimum non propriè interesse est, sed interusrium; teste ipso d. l. n. 499. & ab interesse, ut sors ab usura differt. Est enim interusrium illud lucrum, quod aliquis, sortem fœnori dando, ex usuris percipere potuisset; hinc etiam, ceu usura, non indigat probatione; & quoq; citra moram vel culpam deberi potest; solumq; de pecuniis strictè sumptis peti potest: & quæ sunt aliæ ejus differentiæ; quas vide apud Molin. d. tr. n. 499.

Quorum
ultimum di-
citur inter-
usrium.

LXXVI. Verum interesse è contra est augmentum, quod per rem nostram, ab altero nobis debitam, facultibus nostris adjicere potuissimus, citra accidentale usurarum commodum; emolumentumq; exinde percipere. Scu: Est accessio, quæ non ex re, sed saltem respectu & occasione rei nobis. J. dominii acquisita fuisset, nisi factum vel cessatio adversarii illud impedivisset. conf. Bocer. d. l. Cum ergo constet, interesse & ab usuris, & ab interusrio in totum differre; ita ut non versetur circa quantitatem propriè; sequitur, quod secundum regulas usuris præscriptas planè non sit estimandum; adeoq; interesse alterius interesse, quidni peti possit? dummodo, qui illud petit, factum (in quo interesse consistit, l. 24. de R. f.) probare possit? sed viderit ne in probatione succumbat, & unà cum illo usuras perdat. Respectu enim sui non est accidens, quod citra deminutionem subjecti abesse possit; sed augmentum potius & pars, quæ rebus nostris adjecta fuisset, nisi factum vel cessatio alterius obstitisset. Diff. Dr. Carpz. Asyl. deb. pos. 30. n. 358. & J. F. p. 2. c. 30. d. 37. neq; mirum, cum ipsi interusrium & interesse idem sit; cui ex citatis locis clare appetet.

Illud verò,
Casuale sc.
propriè in-
teresse est.
Quod defi-
nitur.

Pro usura
non haben-
dum,

Non n. est
accidens

*Ques. an
fructuum
usuræ.*

LXXVII. *Quid de fructibus erit dicendum; illorum utiq; usuræ debebuntur; quoniam fors sunt, neq; pretiis accessio; sed pars fundi, per l. 44. de R. V. Rectè igitur, in Rei vindicatione institutâ, non tantum ipsi; sed illorum etiam usuræ peti poterunt. Accedit quod & ipsi continentur rei restitutione; eodemq; actionis jure petantur. l. 22. l. 35. b.t. Goed. ad l. 121. de V. S. n. 3. Verùm sciendum: Fructus, quanquam per se spectata pars sint totius; non tamen semper manent: sed cousq; tantum, quo rei principali cohærent, qui pendentes nominantur. Separatæ ergo pars esse desinunt; neq; rem principalem minuant, neq; augent: siquidem res speciales augmentum tale non recipiunt. Goed. ad l. 178. n. 1. Hinc quanquam rei vindicatione institutâ, etiam ipsarum petitio continetur; continetur tamen, tanquam partis accessoriaræ, non principalis: arg. d.l. 35. de V. S. Molin. de Usur. n. 552.*

*R. disting.
à fructibus
specialis rei
debentur
minime; sed
tantum à
fructibus
hæredit.*

LXXVIII. Ut igitur rectè decidatur hæc controversia, distinguendum inter fructus rei specialis, quorum restitutio tantum præstatur: & fructus hæredicarios; quorum etiam debentur usuræ; illorum scil. qui ante petitam hæreditatem percepti, per l. 51. §. 1. de her. pet. junct. l. 1. C. cod. Cum enim hæreditas non corpus quoddam speciale significet; sed Juris universi nomen sit, l. 1. de rer. div. ideoq; & accessionem & decessionem in serecipere, ac per consequens fructibus aliisq; accessionibus & in crementis augeri dicitur, l. 178. de V. S. quod magis in Jure, quam in corpore existat. Goed. add. l. 118. Quoniam ergo hæreditatem augent, d.l. 51. §. 1. per se facile constat, eas in hæreditatis petitionem, non tanquam partem accessoriam; quæ totum principale non minuat; sed tanquam partem totius principalem l. 40. §. 1. b.t. venire: quâ ablatâ, non minus ac reliquis hæreditariis portionibus; illa minuitur.

Et

Et hinc ejus non minus ac reliquarum partium hæreditarum, debebuntur usuræ.

LXXIX. Præstantur tamen cum aliquâ differentiâ; & b. f. possessor tunc tantùm illas præstat, quando locupletior ex his factus est; à tempore litis contestatæ: secus in m. f. possessore, qui ad illas tenetur, quamvis non sit factus locupletior: neq; à tempore litis contestatæ; sed ab eo tempore, quo possidere primum incepit. *Boc. Cl. 5. d. 25. n. 53. 54.*

Opponunt alii, quod usuræ præstantur de sorte tantùm s. quantitate. *I. 3. §. 4. de Usur.* At verò fructus non sunt quantitas; sed corpora, quorum usuræ nullæ sunt. *I. 4. depart. dot. sed respond.* ideò in *d. I. 51.* fructuum usuræ præstari dicuntur; quod fructus jam fuerint venditi, vel alio modo percepti, atq; sic in sortem redacti: nam quamvis ipsa fructuum corpora non recipient usuras; pretia tamen eorum & sortes, quare non recipi-
rent. *VViss. p. 2. d. 18. th. 22.*

LXXX. Quare autem post petitam hæreditatem fructuum perceptorum usuræ non præstantur; ratio est; quia illi in specie præstandi sunt, unâ cum ipsâ re *I. 20. l. 16. de hær. pet.* aut, si absumpsi, tantum, quantum in item jura-
tum. *d. I. 20. §. ult.* Adde, quod sint accessio accidenta-
lis, & accedant tantùm ex officio Judicis. *Boc. d. I. n. 55.*
VViss. d. I. E. utut per se spectatae sors sunt, non tamen debentur ut sors. Obstare videtur *I. 86. seq. de R. J.* Si enim ejus, qui item contestatur, conditio non deterior fieri intelligitur; sed melior; fructuum etiam usuræ debe-
buntur; alioquin deterior fieret ejus conditio. Sed resp. non fit deterior; nam cursus usurarum, à fructibus per-
ceptis debitaram, non sistitur; sed currit ulterius, usq; dum restituatur hæreditas. Neq; ideò fit deterior; quod fructuum post. lit. cont. perceptorum, usuræ non concedan-

F

*Difting. ta-
men inter
b. f. & m. f.
possessorem.*

*Quanquam
a corporibus
nullæ præ-
sentur usu-
rae.*

*Post peti-
tam hæred.
non deben-
tur.*

tur;



tur; quia illorum usuræ nunquam fuerunt debitæ. *VViesenb.* d. l.

**Dotis tamen
fructuum u-
suræ non de-
bentur.**

LXXXI. Sed cum hæreditatis fructus ideò sors fiant, quod illius, tanquam Juris universalis, pars sint; idem quoq; de dotis fructibus dicendum, quæ pariter universitas dicitur. *l. 1. §. 4. de dot. pral.* quæ accessiones & decrementa recipit, *l. 5. pr. de impens. in rem dot. fact.* Sed n, quanquam Dos sit universitas, non tamen est universitas Juris, ut hæritas; (quæ non extinguitur perditis rebus singulatibus, seu corporibus *l. 50. de her. pet.* neq; ab illis dependet). sed est universitas, ex Jure & facto mixta, quæ maximam partem dependet ex rebus; hinc etiam illis perditis exspirat. *arg. l. 10. de J. dot. l. 51. sol. matr. Han. not.* ad *VVes. de J. dot. n. 52.* Hinc etiam sequitur, illam fructibus non minùs augeri, quām fundum, per ea quæ supra dicta, magis enim ab effectu s. utilitate Jus universale dicitur dos; non ab objecto. *Han. d. l.* Fructus ergo ejus ex re provenientes, sors minimè fiunt. E. neq; eorum usūræ debentur.

**Bene tamen
ab augmen-
to dotis de-
bentur u-
suræ.**

LXXXII. Aliud verò dicendum de illis accessionibus, quæ non ex re proveniunt, sed Jure Dominii accedunt: illæ dotem augment, nec alio Jure censemur, quam ipsa Dos. *l. 26. §. 2. de pact. dotal. Carpz. p. 3. const. 22. d. 10. Berl. p. 1. concl. 65. n. 28. 29.* ut sunt 1. quæ extrinsecus accedunt, velut alluvio, insula; vel 2. temporis successu; ut usus-fructus ad proprietatem reversus. *l. 4. l. 10. §. 1. de J. dot.* thesaurus inventus in re dotali. *l. 7. §. 12. sol. matrim.* vel 3. naturæ beneficio. ut: partus ancillæ *l. 19. §. ult. de J. dot.* arbores silvæ cæduæ, *d. l. 7. §. 12. l. 8. sol. matr. l. 45. de usur.* 4. per servos dotales quæsita, nec ex re, nec ex operis mari- ti, *l. 58. sol. matr. 5.* Quæ ex manumissione servorum, ut J. Patronatus; & hæreditas liberti. *Hillig. in Don. Enucl. l. 14. c. 7.*

De



De his nemo dubitabit, quin sors sint, & contingentibus casibus usuras producant. Zepper. d.l. n. 19. n. 21. v. 1. ad 1. 1.

LXXXIII. De legato etiam aliquid addendum: Utrum sc. de debito cum usuris creditore legato, censeantur usuræ in sortem mutatae; ita ut earum quoq; usuræ debeantur? Ita videtur; nam alioquin in utile foret legatum; siquidem res legata jam antea debebatur, §. 14. de legat. Sed r. Si illud, quod legatum, aut sub conditione debebatur; vel exceptione poterat elidi; vel actione honoraria, aut etiam civili, (dummodo illâ hæc ex testamento sit plenior) peti poterat, valet legatum l. 28. pr. de leg. 1. si verò nulla harum qualitatum debito adhæreat, inutile est legatum §. 14. de legat. neq; ut voluntas defuncti sustineatur, aliquid contra legum prohibitiones concedendum: cum ne quidem, testatoris eam fuisse intentionem præsumendum.

LXXXIV. Sed quid si ita legaverit testator: Creditori meo sortem, quam ipsi debeo, cum usuris, de lego, hæres meus usuras legitimas, ipsi tam pro sorte quam pro usuris, ad annos quinq; solvito. Annè usuræ tunc in sortem erunt mutatae? Negativa placet; Nam, cum fundamentū in solutione positum esse, constet; At verò legare alicui rem aliquam, non sit species solutionis; necessariò sequitur, quod hac voluntate testatoris usuris qualitas accidentalis non admittatur. Hinc contrà expressam prohibitionem Imperatoriam esset legatum, per l. 3. C. de Us. r. j. Turpia autem legata pro non scriptis habentur. l. 54. de leg. 1. &c, quæ contra legum statuta sunt, nemo facere posse credendus est per l. 15. de cond. inst. Conf. Molin, de Usur. n. 484. Et quanquam legarius eandem quantitatem absolute legare potuisset, vel etiam majorem, non tamen ideò etiam habet potestatem illud faciendi hoc vel isto modo; ita etiam, qui poenæ causa sub turpi conditione legaverat; idem etiam absolute le-

Legato usur
ra non sunt
sors.

Ne quidens
si expresse
testator
jussit, ut
hæres præ-
met earum
usuras ad
certum
tempus.

gare potuisset; interim tamen, quoniam sub hac conditio-
ne legavit, nullum est legatum. §. ult. de legat.

*Aliud obti-
net si appa-
reat testa-
torem aliū
habuisse re-
spectum.*

LXXXV. Sed quid si, ut tertio dentur, legatae essent illae
usuræ, ita ut non sufficiantur essent, si minueretur quanti-
tas: v. g. Titio creditor meo, cui centum loco sortis, &
totidem nomine usurarum debeo, haeres meus, decem.
quotannis loco usurarum solvat, quo ille censum annum,
quem Cajo debet, illa pecunia solvi posset. Puto hoc mo-
do valere legatum, non quidem, quod usuræ hoc modo
sors sint effectæ; sed quod appareat testatorem alium ha-
buisse respectum; legandi sc. creditor suo annum cen-
sum, quem solvere quotannis opus habet, hinc ob demon-
strationem illius specificæ causæ, debebitur tota summa,
partim ut usura à sorte, partim ut donatio à merâ testato-
ris liberalitate proficiscens. arg. eor. quæ habet. Molin. de
Usur. n. 485. 486.

*Quænam fit
poena?*

LXXXVI. Antequam receptui canam, brevibus de poena Anatocistæ aliquid adjiciendum, quæ J. C. est infamia Juris, per l. 20.
C. ex quib. c. infam. J. & quidem ipso Jure fit infamis Anatocista,
cum tale quid commiserit, quod nullâ Judicis sententiâ expecta-
ta, leges probro & infamia dignum judicarunt. Perez. comm. in C.
ex quib. c. n. 4. Pro varietate tamen casuum nonnunquam senten-
tiam Judicis requiri, ad irrogandam hujusmodi fœneratori infamiam putat. Molin. d. tr. n. 45. v. g. quando usuræ sortis & u-
suræ usurarum conjunctim legitimam quantitatem usurarū non
excedunt. Nonnunquam etiam extra ordinem coërcetur, amis-
sione quartæ partis bonorum. Menoch. de Arb. Iud. qu. l. 2. c. 4. cas.
398. n. 13. vel pro ratione circumstantiarum, etiam relegatione
& fustigatione. Carp. pr. cr. q. 92. n. 29. J. Canonicum præter denegationem honestæ sepulturæ c. 2. de Vsur. in 6. & excommunicationem c. ministr. c. 14. quæst. 4. c. 1. de Vsur. in 6. etiam adimit illis
testamenti factioñem activam; sc. nisi respuerint, & improbum
fœnus restituerint. Hæc sunt quæ de hac materia, pro
concessa ingenii suppellectile disserere placuit.

F I N I S.

Ke 5042

X2614654

UDM



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



Farbkarte #13

CHRISTIANI FRIDERICI JANI
J. U. D.
Dissertatio Juridica
De NATOCISMO.
In qua simul
incidenter
aliæ Juris Materiæ

secunia Pupillari, fictione brevis ma-
litione ejusq; speciebus, novatione, delegatione,
interesse, dote & ejus augmento,
attinguntur.



SVIGÆ excudebat JOHANNES HOLVVEIN.

An. clo Ic c lxxiii.